

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Loquacitas ae  
cum fonte primo

Quemadmodum sapienti uiro incessus  
modestior conuenit, ita oratio pressa,  
non audax. Summa ergo summarum  
hec erit tibi: tardiloquum te esse iubeo.

Seneca XL. epistola.

Haec autem etiam si aderunt et poterunt  
sine ullo tuo labore decurrere, tamen  
temperanda sunt; nam  
quemadmodum sapienti viro incessus  
modestior convenit, ita oratio pressa,  
non audax. Summa ergo summarum  
haec erit: tardilocum esse te iubeo.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 40, 14 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.107, ll.20-25).